

Gedächtnisverse zur lateinischen Casuslehre.

Vorbemerkung.

Die lateinische Casuslehre ist eine gesunde, aber etwas — reizlose Kost. Einige Würze hiezu dürfte den Schülern wie dem Lehrer erwünscht sein. Als ein solches „granum salis“ sind die nachfolgenden Gedächtnisverse gemeint; es gilt einen unobligaten Versuch. Die Anordnung folgt im ganzen der Schmidt'schen Grammatik, die an dieser Anstalt im Gebrauch ist. Der Hexameter dürfte den Tertianern keine allzugroße Schwierigkeit machen. Entsprechende Verse aus den römischen Dichtern selbst zu sammeln wäre wohl verdienstlicher, aber kaum durchführbar. An den Inhalt der gebotenen wird man billigerweise aus leicht begreiflichem Grunde keine allzuhoohen Anforderungen stellen; die Form dürfte genügen. Sollte sich, was Apollo gnädig verhüte, darunter ein fünf- oder siebenfüßiges oder sonst mit einem Defect behaftetes Monstrum finden, lasse man es, als unschädlich, mit gütiger Nachsicht laufen . . . „Hanc veniam petimusque damusque vicissim.“

Josef Stritar.

Accusativus.

Difficile est puerο constructοs discere casus.
Versiculi discentem aliqυid fortasse invabunt.
Gloria virtutem sequitur velut umbra meantem.
Aemulor exemplum docti iustique Catonis.
Desidiam fugias, matrem scelerum atque malorum. 5
Vires deficiunt parvos maiora parantes.
Consilio iuvuisse inopem non ultima laus est.
Pulchrum est pro patria pugnantem occubere mortem.
Parvum parva decent; non omnia possumus omnes.
Ne te praetereat sοntem non esse beatum. 10
Me miseram! mortem doleo miserorque sororis!
Natura omne animans horret vitatque dolorem.
Hoc unum laetor, quod spes te prava fefellit.
Vir probus et constans sermones ridet ineptos.
Saepe urbem subito rumor pervadit inanis. 15
Non patimur nostros hostem transcendere muros.
Histrum ingens agmen traiecit ponte Dareus.
Laetus pro patria subeas extrema pericla.
Mortales divos adeunt precibusque fatigant.
Non prodest populo foedus cum rege ferire. 20
Lusciniae cantu delector dulce querentis.
Multa homines celare potes, Deus omnia cernit.
Stulta petunt homines a numine saepe supremo.
Galli devicti montes petiere propinquos.
Quaerimus ex vobis, quidnam quaeratis, amici. 25
Semper vos praestate viros bellique domique.
Ante obitum nullum potes appellare beatum.
Sex annos nati pueri iam scribere discant.

Dativus.

Indulgere senem decet atque favere iuventae.
Non cuivis morbo medici medicina medetur.
Thebani praeter ceteros studuere palaestrae.
Divitiis stulti sapiens non invidet amplis.
Romano iuveni nubat Romana puella! 5
Dotatam iuvenes uxorem ducere gaudent.
Aemulus obtrectat socio, clarescat ut ipse.
Illa crimin patriae laceratae a civibus ipsis.
Obrepit sensim nobis non grata senectus.
Consilio Memnon interfuit, optimus auctor. 10
Ajax incubuit fortis moriturus inensem.
Romanus bellum toti terrae intulit orbi.
Accidit ad Graecorum aures cecidisse Philippum.
Rector sanus equo stimulus non admovet acri.
Maiori natu pueros adsurgere fas est. 15
Pugna fuit ranis, aiunt, cum muribus olim.
Ex rostris plebi permulta et stulta probantur.
Divitiis potior tibi sit spectatus amicus.
Exitio levibus solet esse pecunia magna.
Rebus in adversis patriae bene consule, consul! 20
De rebus dubiis caelestes consultit augur.
Consuluit graviter populus Romanus in hostem.
Venturis iuvenis iam prudens prospicit annis.
Pro magnis meritis te gloria magna sequetur.
Unus pro multis mihi sit divinus Homerus. 25
Quid mihi vis, fortuna? tuis non terreor armis.
Vae victis! Brenni ducis est memorabile dictum.
Tullia nomen erat natae Ciceronis amatae.
Virtus, non aurum tibi sit magnopere cordi.
Ipsum se vicese viro tribuetur honori. 30
Artibus ingenuis operam date, dum viget aetas.

Genetivus.

Militis est durus belli tolerare labores.
Omnia victoris fiunt, nec parcitur ulli.
Vincere Romanum est nomenque odisse tyranni.

Discere discipuli est p^raeceptorisque docere.
Nostrum sit, cives, iustum defendere causam. 5
Facta et dicta probo moresque et scripta Catonis.
Monstrum hominis mater nomen dedit ipsa Neroni.
Maxima pars hominum studio vexatur habendi.
Laudatur merito p^raeclari carminis auctor.
Vir probus et constans non vi corrumpitur auri. 10
Iam satis est causae, tandem consurgite, cives!
Plus iusto studii ludo navamus inani.
Quid mihi suscenses? nostrum peccavit uterque.
Multi de nostris perierunt aequore mersi.
Ingenii magni puerum decet esse modestum. 15
Magnae molis erat Graecis evertere Troiam.
Ingens victoris Brenni fuit horror in Urbe.
Auri dira fames multorum est causa malorum.
Iuris sit prudens praetor legumque peritus.
Hoc hominis proprium est, ut cogitet atque loquatur. 20
Plenus consilii sis et sine labo, senator!
Conscia mens culpae strepitu terretur inani.
Divitiarum avidum corruptit prava cupidio.
Quis non laudabit iuvenem virtutis amantem?
Donec mentis ero compos, bene vivere pergam. 25
Aegroti similis demensque videtur avarus.
Qui rudis est linguae Graecae, non novit Homerum.
Fortis sit miles, constans patiensque laborum.
Expers consilii ne dux consulve creetur.
In mentem mihi saepe venit sapientis amici. 30
Mortis venturae certo tibi saepe memento.
Venturae pueri memores estote senectae.
Oblitus legis divinae errabis, amice.
Damnetur capit is convictus proditionis.
Tanti aliis fies, quanti te feceris ipse. 35
Quid refert nostra, bene saltet necne Bathyllus?
Nonne piget te stultitiae taedetque moneri?
Desidia puerum pudeat linguaeque procacis.
Paeniteat te delicti pudeatque moneri.
Ne te paeniteat sortis, labor omnia vincit. 40
Non miseret viduae misere lacrimantis avarum.
Parvo emptas merces magno vult vendere caupo.

Ablativus.

- Laude patris gaudent iuvenes et matris amore.
Bestia natura pullos defendit alitque.
Virtutis studio, pueri, tolerate labores.
Fortuna belli nimium confidere stultum est.
Ne fidas cuvis homini neve omnia credas. 5
Instrumenta manu, doctrinam mente tenemus.
Verba patris, iuvenis, memori tu mente teneto.
Rite para tibi rem, prudenterque utere parta.
Ponte aut navicula fluvios transire solemus.
Ferro ignique solum patrium populabitur hostis! 10
Psallebant bene Thebani fidibusque canebant.
Lude pila, iuvenis, pudeat te ludere talis.
Adversus sortem ferro circumdate pectus.
Cui fortuna favens arrisit, abundat amicis.
Divitis ampla domus servis opibusque redundat. 15
Defunctos vita felices dicere fas est.
Pugna navalii vis ingens barbara fracta est.
Stulti captantur specie et dulcedine rerum.
Quanto maior eris, tanto patientior esto.
Cum gladio Romae nulli prodire licebat. 20
Aequo animo res ferte adversas atque secundas.
In iussu populi non est res magna gerenda.
Quis sibi consilio, non demens, ipse nocebit?
Carminibus merito clarae celebrantur Athenae.
Magno cum strepitu concussus corruit agger. 25
Omnia consilio fiant et ordine certo.
Regulus infectis rebus se tradidit hosti.
Aequa mente virum non terrent aspera sortis.
Difficile est saepe a falsis distinguere vera.
Nonnumquam satis est hostes arcere rapinis. 30
Conatu contra patriam desistite, cives!
Victores victos opibus privare solebant.
Barbara gens hostes occisos exuit armis!
Urbes praesidio nudatas occupat hostis.
Expulsi patria quo nos vertamus, amici? 35
Tranquille vivunt vitio culpaque vacantes.
Difficile est homini victu somnoque carere.

Hostes praesidio nuda sunt urbe potiti.
Heroas Iove prognatos cecinere poetae.
Servius ex serva natus dominatur in Urbe!
Nil opus est verbis, cives, est tempus agendi. 40
Laude indignus erit, qui non se vicerit ipsum.
Filius est multo mihi vita carior ipsa.
Virtus argento potior ducatur et auro.
Spe citius, iuvenis, veniet tibi tarda senectus.
Recte nil citius lacrimis arescere dicunt. 45
Plus centum servos dives Romanus alebat.
Nox erat et toto fulgebant sidera caelo.
Iussa patris matrisque preces in mente reponas.
Ius servare decet fortis et pergere recta.
Militis in bello est pugnare et ferre labores. 50
Bello civili quaevis victoria tristis.
In pugna cecidisse viro tribuetur honori.
Antiqui mores valuere aetate Catonis.
Autumno volucres multae loca frigida linquunt.
Saepe domi bellique viros discordia perdit. 55
Vere novo redeunt volucres loca nota petentes. 57